dyaconus. deinde ceteri qui uo-
luerint de congregacione. Nam uel
xiiij^a dies non est differenda commu-
nicacio. nisi hiis qui pro cul-
pis suis ab ea merentur excludi.
Omnis ergo qui communicauerit spu-
tum non eiciat nisi prius os proprium
ad hoc sufficienter diluat. Si
quis autem pre ceteris communis uite
feruore frequencius uoluerit commu-
nicare prohibendus non erit. Post
communionem uero dominici corporis
et osculum. dyaconus accipit cali-
cem cum sanguine. cum quo sece-
dens in partem primum ipse per-
cipiat. et tunc ceteris participan-
dum exhibeat. et purgacionem non
minori reuerencia quam ipsum
sanguinem sumat. His rite
peractis reportato ad altare isto
uel alio calice offertur a sub-
dyacono sacerdoti vinum cum ca-
lice. vnde primum purget. de-
inde super calicem tot digitorum
summitates abluat quot di-
gitis corpus domini tetigerit. et
ablucionem ipsam sumat. Ex in-
de calicem ipsum cum patena in
loco suo restituendum prius
subdyaconus studiose inspi-
ciat. et si dies solito obscurior
fuerit adhibito lumine totum
vndique visum lustret. et si quas
eucharistie reliquias quantu-
libet minimas deprehenderit
non manu tangat uel lingua.
sed ipsam patenam super calicem
inclinatam. desuper vino in-
fuso diluat et sicut ipsum sangui-
nem deuote et diligenter sumat.
Dyaconus autem complicatum
corporale reddit subdyacono
in armariolo reponendum. et
ultimus omnium concludit missam
dicente: Ite missa est. Si sunt
dies pasche. uel penthecostes
uel natalis domini. usque ad viij. ep-
parie. uel festum. viiij. lecc. ab-
sque aduentu domini et lxx. in quibus
cum festa apostolorum uel s. marie his
et aliis celebracionum insignibus
sollempnibus Gloria in excelsis. et Te deum lau-
damus non carebunt.

Et quia de celebritate of-
ficij quod missa dicitur sermo
ortus est dicendum semel uidetur
quod sufficiat quot sint tempora missarum
in priuato celebrandarum. Estate
autem tertiam ab idibus septembris.
autem sextam in xl^ma. etiam ante

uno non tenetur [illegible]
hodierno tempore